vos aut alios, nullius unquam subjaceat dominio (Christianis)
Quae vero in futurum largiente Deo, missis de cultu Christi
in Christianitatis de terra paganorum in eadem provin-
cia vos contigerit acquirere, firma et illibata vobis ve-
strisque successoribus sub iure et proprietate Sedis Apostolicae
eodem modo statuimus permanenda. Caeterum in
eadem terra dispositioni Sedis Apostolicae reservamus ut
per ipsam cum vos per operationis divinae munere
praefata praefata eiusdem terrae spatia contigerit obtinere
ac de statu ipsius per nos plenius fuerimus informa-
ti ordinatur et constituentis in ipsa Ecclesiae, et insti-
tuendis ibidem clericis Episcopis et Praelatis aliis, nec non
de quietudine quod iidem de praefata terra congruam ha-
beant portionem, et quod conversiones et prelationes quae
praesentibus habitatoribus eiusdem terrae fuisse noscuntur
11 futuris aut ~~futurum~~ fuerit in posterum a vobis valeant ut ob-
servari et quod in recognitionem dominii et proprietatis
a Sede Apostolica libertatis Ecclesiae Romanae censum an-
nuum persolvatis, sicut in Deo et honorem Ecclesiae
ac utilitatem nostram visum fuerit expedire. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis
concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesump-
serit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum
Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.
Dat. Anagniae Kalend: Octob: pontificatus nostri
1243 Anno primo.
vij Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis
magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theuto-
nicorum Jerusalem salutem et apostolicam benedictionem.
Justis petentium desideriis dignum est nos facilem

probare consensum, et vota que a rationis tramite non
discordant effectu prosequente complere. Cum propter dilecti
in christo filii nostri ... nostris postulationibus grato concurrentes
assensu limitationem diocesis Prussie et coniuncte sibi
terre Colmensis ac divisionem terrarum ipsius Prussie
que de mandato nostro apud sedem apostolicam cum de-
liberatione prehabita fecit venerabilis frater noster .. Episcopus quon-
dam Mutinensis ~~penitentiarius~~ noster in partibus illis apostolice
sedis legatus, prout in ipsius literis super hoc confectis
plenius continetur, ratas habentes et firmas eas au-
thoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patro-
cinio communimus. Tenorem autem litterarum
ipsarum presentibus de verbo ad verbum fecimus
annotari qui talis est. #

[margin:] et penitentiarius

Innocentius Episcopus servus servorum dei venerabili fratri
.. Episcopo quondam Mutinensi ~~penitentiario~~ nostro apostolice
sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Hiis que
per dilectos filios fratres Hospitalis S. Marie Theutonico-
rum et alios christi fideles facta sunt in Prussia
partibus divina cooperante potentia cum exultatione et
pensatis in illa de et considerata terre latitudine ibi
per dei gratiam acquisite tibi apud sedem apostolicam
constituto, ut in ipsa Prussia et coniuncta sibi terra
Colmensi possis limitare dioceses ac eiusdem Prussie
terram per partes dividere ab eisdem fratribus et episcopis
qui pro tempore in Prussia et eadem
terra Colmensi fuerint obtinendas et ut tua in eis
spectant ordinare de fratrum nostrorum consilio aucto-
ritate presentium concedimus facultatem. Datum
Anagnie tercio kal. Augusti Pontificatus nostri Anno
primo.

[margin:] penitentiario.

[margin:] # Datum Anagnie
anno domini millesimo
ducentesimo quadra-
gesimo tercio, quarto
die mensis July in-
dictione Ia pontificatus
Innocentii domini pape
anno primo. Nulli
ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre con-
firmationis infringe-
re vel ei ausu temera-
rio contraire. Si quis autem
attemptare presumpse-
rit indignationem
omnipotentis dei et be-
atorum Petri et Pauli
Apostolorum eius se nove-
rit incursurum. Datum
Anagnie 8o Idus
octobris pontificatus
nostri Anno primo.